



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quid si quis putet impedimentum adesse, cum non adsit? parag. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. III.

Quis putans impedimentum adesse cum tamen non adsit, an valide contrahat?

DE hac quaestione commodius agemus infra Tract. 4. c. 2. §. 2.

§. IV.

Quam peccam incurrant contrahentes cum impedimento?

BREVIter. Præter peccatum, quando adest impedimentum solum impediens, & præter peccatum, & invaliditatem Matrimonii, quando adest impedimentum dirimens, nulla pœna ipso facto universaliter incurritur ab impeditis, Matrimonium, non prævia dispensatione, contrahentibus,

Dico (universaliter) nam incurritur ex-

communicatio ipso facto, sed non reservata in iis casibus, qui habentur in Clementina unica de consanguinitate, his verbis:

Eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis, & Affinitatis Constitutione Canonica interdicti, aut cum Monialibus contrahere Matrimonium non verentur, nec non Religiosos, & Moniales, & Clericos in Sacris constitutos Matrimonium contrahentes, excommunicationis sententia, ipso facto, decernimus subjacere.

Cum autem hæc Constitutio alia Impedimento non meminerit, ad illa ex Regula Generali, quod odia sunt restringenda, extendi nequaquam debet. Ita Averſa. a Unde ex eodem principio rectè Pontius b docet, hac excommunicatione non affici eos, qui cum obstringantur vinculo Cognationis legalis, vel spiritualis Matrimonium inter se contrahunt, quia Constitutio solum meminit Consanguinitatis, & Affinitatis.

a Comp. q. 9. de mat. sac. p. 7. Deum. b Pont. li. 7. matr. 41. n. 3.

TRACTATUS SECVNDVS DE DISPENSATIONE IMPEDIMENTORVM MATRIMONII.

CAPUT I.

Quid sit Dispensatio, & qua ratione interpretanda?

2 Gloss. C. Requiritis l. qu. 7. V. ut pleriq. & ap. Sac. li. 8. matr. d. 1. nu. 2. Castrop. T. 1. tr. 3. d. 6. p. 1. n. 2. alitque ap. Dian. p. 2. tract. 3. Res. 1. C. 1. de filii præs. in 6. Sanc. lo. ci.



ISPENSATIO est iuris a relaxatio facta cum cognitione cause ab eo, qui potest relaxare. Clarius: Est actus Iurisdictionis, quo, pro aliquo peculiari casu, vel persona, tollitur obligatio alicuius legis, ea lege interim in suo robore pro aliis remanente.

2. Hæc igitur dispensatio strictè b est interpretanda, salva semper proprietate verborum. Ratio est, quia natura dispensationis est

contra jus commune, illud enim tollit pro aliquo casu, vel persona particulari; ergo est odiosa juri, atque adeò bono communi, propter quod latum est jus; ergo quanto minus potest, debet extendi.

3. Hinc sequitur, etiam dispensationes Matrimoniales, de quibus loquimur, debere strictè interpretari: jam enim etiam ipsæ vulnerant jus commune, & ita sustinet communis opinio. Nihilominus Merolla d cum aliis e tenet, has largam habere interpretationem. n. 30. Ratio est, inquit, quia ex communi doctrina, d Merolla quando per aliquam dispositionem redimus T. 2. ad observantiam juris, illa dispositio non est odiosa juri, sed illi favens, quia jam illud servat: Sed per Dispensationes Matrimoniales redimus ad jus natura, concedentis amplissimam

2 D. 2. 17. 32. b. 5. c. d. Sum. de l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62.